

Band X., Nr. 4783, Seite 435-436

*Die Grafen Eberhard und Rudolf genannt Scheerer von Tübingen
verpfänden dem Kloster Bebenhausen ihr Dorf Hildrizhausen.*

Bebenhausen, 1296. Januar 2.

Nos Eberhardus et Rūolfus fratres comites de Tuwigen dicti Schæerer notorium reddimus universis, quod nos villam nostram Hiltrathusen in nemore Schaienbûch sitam exposuimus religiosis viris . . . abbati et conventui monasterii in Bebenhusen ordinis Cisterciensis dyocesis Constantiensis pro centum et triginta quatuor libris denariorum monete Hallensis nobis ab eisdem ex karitate muttuatis sub hoc pacto, quod ipsam villam cum omnibus suis redditibus seu utilitatibus licitis et honestis libere teneant seu recipiant pleno iure, ita quod nec nobis nec aliquibus nostris illic ingerere se liceat ad aliquid servitii vel muneris exigendum, excepto duntaxat reddito annuo quindecim librarum denariorum monete predictæ . . . dicto Lapper civi in Tuwigen cum aliis duobus tamdiu obligato quousque ab ipsis vel per nos vel per dictos religiosos per satisfactionem debitam fuerit absolutus, alias cum omni dominio et utilitate, donec ipsis de pretacto muttuo fuerit plenarie satisfactum, ipsam villam optineant pacifice et quiete. Verum si predicti religiosi a quibuscunque sive ex causa vel occasione in prefatis redditibus seu usibus fuerint impediti, extunc piscariam nostram apud Lustenowe in ipsius monasterii proprietatem transisse iusto venditionis titulo pro quinquaginta libris denariorum Hallensium in predicto muttuo rescindendis irrevocabiliter presentibus confitemur. Porro de residuo muttui sepredicti respectum habere volumus religiosos prefatos ad usus seu redditus nobis de nemore nostro Schaienbûch debitos vulgariter dictos theheme, quoadusque ipsis de pretacto muttuo de iamdictis redditibus, quibus interim penitus carere tenemur, totaliter satisfiat. Ne autem sepefati religiosi in premissorum aliquo valeant incurrere calumpniam vel iacturam, nos Eber. et R. fratres predicti una cum illustri viro Ūrico comite iuniore de Schælklingen et Friderico milite de Nippenburg corporali prestito sacramento promissimus, quod si de iure vel iniuria supradicti religiosi de Bebenhusen in premissis redditibus seu utilitatibus fuerint prepediti, extunc infra dierum octo spatium ammoniti verum obstagium subintrare tenebimur nunquam inde recessuri, quousque contrarietatibus sopitis instauraverimus instauranda. In quorum omnium et singulorum perpetuam firmitatem nostra sigilla presentibus sunt appensa.

Actum et datum in Bebenhusen, anno domini MCCXCVI., IIII. nonas Januarii, indictione IX.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Zwei Siegel: 1) Das runde Siegel des Eberhard von Tübingen, 66 mm: Der rechts galoppierende Graf, in der Rechten das Schwert schwingend, am linken Arm den Schild mit der Kirchenfahne, auf dem Helm das Schirmbrett mit der Kirchenfahne, dieselbe dreimal auf der Decke des Pferdes, viermal im Siegelfeld. Die vollständige Umschrift lautet: S . EBERHARDI . COMITIS . DE DVWINGEN . , vgl. die Abb. bei FRIEDRICH KARL FÜRST ZU HOHENLOHE-WALDENBURG: Sphragistische Aphorismen: 300 mittelalterliche Siegel systematisirt, classificirt und erläutert, Heilbronn 1882. [unveränd. ND Walluf bei Wiesbaden 1973], Tafel XXV, Nr. 278. 2) Das runde Siegel des Grafen Rudolf von Tübingen genannt der Scheerer, 58 mm: Der links galoppierende Graf, in der Rechten die Fahne, in der Linken den Schild mit der Kirchenfahne, ohne Helmzeichen, mit Pferddecke. Die vollständige Umschrift lautet: + . S . RVDOLFI . DE . TVWINGEN . FIL*ii* . PALLATINI.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 908

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 379.

Regesten:

Regesten Grafen von Berg, S. 43, Nr. 203.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Bebenhausen

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Hiltrizhausen Wohnplatz (130)

Hiltrizhausen, BB

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Lustnau Wohnplatz (16210)

Lustnau, Tübingen, Tü

Nippenburg Wohnplatz (1089)

Nippenburg, Schwieberdingen, LB

Schelklingen Wohnplatz (16943)

Schelklingen, UL

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, Tü